

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

14. Politici

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

N G V A
en semper et
rayi, ac quia
mum et. t.
gregos, & fam
reddende gra
n negotiis ad
anuncios omnes
panier & diuinis
copiosissime, sed
et reliquias locis
nam, aut libera
t frequentiores
commendationes,
uz nihilo intel
serviunt. B. Si
o sumptu. et
du dum iuri
la vel polien
i, Gallicique fa
n eruditio[n]e
tina utamur,
in aequalissimos
silia obtundat,
arum & corpo
od latine balbu
ta humaniorum
A. Infans, quid
m[od]icie crassifi
in illis ferimus
fus. in.

*Itis impones? A. O sarcasmum! nobis ergo ado
randi sunt, qualescumque è schola tandem emit
titis, etiam nec latine nec artes gnari; nostri viri
boni, & de salute solliciti, pecus vobis videbun
tur, quia non grammatici? B. Illis ligones, nobis
libri curæ erunt. A. Libri? quos pulvis obtegit,
fitus & squalor erodit, quos transferre, nedum
explicare multi non potestis? B. Satis est semel
didicisse. A. Ea, quæ in sutrina nostri aliud agen
tes perdisserent. B. Bona verba. A. Bonis & lite
tatis nulla sit iniuria, hoc verò iniquissimum est,
literatos & illiteratos eodem loco haberi, & no
menclatorem Rhetori æquiparari. B. Malè de
Ecclesia ageretur, si quid Latinæ linguae maie
stati decederet. A. Nempe satius fuisse Christ
um nobis latinam Grammaticam reliquisse,
quam Evangelium?.*

14. POLITICI.

A. Q Væ hæc ætatis nostræ felicitas est, ex
tot prudentissimis scriptoribus, & retroa
etis seculis, posse perfectissimam Reipublicæ for
mam præscribi? B. Id nempe sapere est alieno da
mno. A. Maximè; quo vero tandem ascendent
ingeniorum ausus? B. Ed, unde vertigine rotati
turpiter decidat. A. Quid, an tu nō faves ingenio
so seculo, eruditæ ætati? B. Sic sane, ut plororūq;
misereat A. Age quid felicius, quā universā Mū
di periodū intueri, ac exinde quod rarissimū cō
sultissimū, perfectissimū deflumere? B. Quid pul
B 2

christus quam in foro variis coembris scrutis & des
novas ornare? A. Quid elegantiū, quam univer
se antiquitatis consili res forenses, & bellicas
instituere? B. Quid convenientius quam pusiō
nes nostros, caligis nostris laxioribus induere?
A. non video quid velis. B. Non convenire sc.
tempora, & Deum singulis scenis suum addere
ornatum, suas dare personas, quæ ad scopum
ipsius Orbis historiam, & Ecclesiæ peregrinatio
nem peragant. varie interim distractis, penden
tibus & divinantibus spectatoribus A. Nullus
ergo prudentiæ & historiarum usus? B. Neutrius
contra Dominum, utriusque ad observanda Dei
consilia & miracula ter maximus. A. Atqui re
rum publicarum arcana veluti rotulæ occultæ
sunt, quæ quisquis introspicit, facile animad
vertit totius huius machinæ motionem. B. Me
minoris uni Ecclesiæ horologium illud deservi
re, cui etiam licet horas & momenta sua obser
vare, reliqui quicquid introspiciunt, veluti pue
ri vario rotularum discursu, & gyrationib. dele
ctatur, nullo vel suo usu, vel in impeditia peri
cula præsidio. B Sapiens vel astris dominabitur,
ne dum, hominum machinationibus. A. Is nem
pe qui ex Deo sapit, & cum Deo conseneit. B. In
terim successum video sagaciorum Politicorum.
A. Miserum sanè, si Deus cum risu intro
spiciat. Nam qui tot Populis imponere tentat,
ei fortasse uxor cornua imponit, & qui orbi leges
dare vult, vix famulum, aut famulam regit abs
que strepitu.

Litera